



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sacrosancti Et Oecumenici Concilii Tridentini, Pavlo III.  
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et  
Decreta**

**Tridentinum <1545-1563, Trent>**

**Coloniae, 1615**

De electu ciborum, ieunijs, & diebus festis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42415**

aut aliundē quomodo cunq; prouenerunt, cum  
ob multiplices locorum & prouinciarū, apud  
quas hi committuntur, corruptelas commode  
nequeant specialiter prohiberi; mādat omnib.  
Episcopis, vt diligenter quisque huiusmodi ab-  
usus ecclesiæ sue colligat, eosque in prima Sy-  
nodo prouinciali referat: vt aliorum quoq; E-  
piscoporum sentētia cogniti, statim ad summū  
Romanum Pontificem deferātur: cuius au-  
toritate, & prudentia, quod vniuersali Ecclesiæ  
expedit, statuitur: vt ita sanctorum indulge-  
tiarum munus piè, sanctè, & incorruptè omni-  
bus fidelibus dispensetur.

De delectu ciborum, ieiunijs, &  
diebus festis.

a e. non  
decet. 12.  
dist. Vi-  
gilius in  
epist. ad  
Eutherū  
in si. Fe-  
riix. 1. in  
epist. 3.

Insuper hortatur sancta Synodus, & per  
sanctissimum Domini nostri, atque Salvatoris  
aduentum Pastores omnes obtestatur, vt tā-  
quā boni milites illa omnia, quæ sancta a Ro-  
mana Ecclesia, omnium Ecclesiarū mater, &  
magistra, statuit, nec nō ea, quæ tā in hoc Con-  
cilio, quā in alijs œcumenicis statuta sūt, qui-  
buscumq; fidelibus sedulò cōmendecit: omniq;  
diligētia vtātur, vt illis omnibus, & pījs pre-  
cipue sint obsequentes, quæ ad mortificandum  
carnem conducunt, vt ciborū delectus, & ie-  
junia: vel etiam, quæ faciunt ad pietatē han-  
argendam, vt dierum festorū deuota, & re-  
ligiosa celebratio: admonētes populos crebro,

b obe-

b obedire Præpositis suis: quos qui audiūt, Deū remuneratorem audient; qui verò contemnūt, Deum ipsum vltorem sentiunt.

De Indice librorum, & Catechismo.  
Breuiario, & Missali.

Sacrosancta c Synodus in secunda Sessione, sub sanctissimo Domino nostro Pio IV. celebrata, delectis quibusdam Patribus commisit, vt de varijs censuris, ac libris, vel suspectis, vel perniciosis, quid facto opus esset, considerarent: atque ad ipsam S. Synodum referret: audiens nunc, huic operi ab eis extremam manū impunitam esse: nec tamen, ob librorum varietatē, & multitudinem, distinctè, & commodè posuit à S. Synodo disjudicari; præcipit, vt, quidquid ab illis præstitum est, Sanctissimo Romano Pontifici exhibeatur: ut eius iudicio, atque auctoritate terminetur, & euulgetur. Idemq; de d Catechismo à Patribus, quib. illud mandatum fuerat, & de Missali, & Breuiario fieri mandat.

De loco Oratorum.

D Eclarat sancta Synodus, ex loco assignato Oratoribus, tā Ecclesiasticis, quam sacerdatis, in sedendo, incedendo, aut quibuscumque alijs actibus, nullum cuiquam eorum factum fuisse præiudicium: sed omnia illorum, Imperatoris, Regum, Rerum publicarum, ac Principum suorum iura, & prærogatiwas ille-

b. c. qui  
suis. 93.  
dis. 1. quis  
frater 7.  
q. 2.  
Lucas 10.

c sup. Sel.  
18. in pii.

d Vide  
Sel. 24.  
cap. 27.